

los brazos hacia el cielo, para interesar su poder en tu felicidad; pedirle que corone tu frente con palmas de gloria; encienda en el corazon de tus pueblos la llama del honor; continúe haciendo lucir en tus reinos el sol de la Fé; riegue tus campos con el rio de la abundancia; aparte lejos de tus provincias el demonio de la rebelion; haga sentarse en todo tiempo, en los Tribunales de tus Jueces, el genio de la moderation y de la justicia, en las sillas de tus Pontifices el del zelo y de la ciencia, en el Trono de tus Señores el de la beneficencia y de la humanidad; que te envie alternativamente el Angel de la paz y de la victoria; que con tus felicidades nos consuele de nuestras desgracias; y que á lo menos no añada tus infortunios á los nuestros.

Tal será siempre el objeto de nuestros votos. Haciéndonos así útiles, nos aprovecharemos del único medio que se nos deja de hacernos felices. De esta manera la Religion tendrá para nosotros el lugar de la fortuna; y despues de haber hecho la Apologia del Instituto con nuestros escritos, continuaremos en hacer el elogio con nuestra conducta.

### FIN DE LA APOLOGIA

DEL INSTITUTO DE LOS JESUITAS.

### NOTAS.

(1) (Pág. 28.) Omnes observationi Constitutionum studiant: ad quam easdem scire saltem quae ad quemlibet pertinent, necesse est. Quare legere vel audire easdem singulis mensibus oportebit. *Sum. Constit. §. 52. Vol. II. págs. 75.*

(2) (Pág. 28.) *Institutum Societatis Jesu. Vol. II. págs. 371.*

(3) (Pág. 29.) Eisdem Ignatio Praeposito et sociis... concedimus... quascumque inter eos Constitutiones particulares, quae ad Societatis hujusmodi finem et J. C. Domini nostri gloriam, ac proximi utilitatem conformes esse judicaverint condere... juxta locorum et temporum ac rerum qualitatem et varietatem, mutare, alterare, etc. *Bull. Pauli III. 1545. Injunctionem. Vol. I. págs. 10.*

(4) (Pág. 29.) Praepositus Generalis auctoritate sua ordinaria Constitutiones et Decreta generalia declarare potest. Hae tamen declarationes non habent vim legis universalis, sed valent tantum ad proximam bonae gubernationis. *Can. 21. Congreg. IV. Vol. I. págs. 713.*

(5) (Pág. 30.) Placuit omnibus communī consensu, ut nihil ad substantialia Instituti nostri pertinens posset immutari. *Decret. 6. Congregat. II. Vol. I. págs. 489.* Propositor fuit ut poena statueretur aliqua in eos qui deinceps hac in re, quae tanti momenti est, peccaverint; et aliquid proposuerint contra ea quae substantialia Instituti sunt; sive cum certum est ea quae proponunt hujusmodi esse, sive cum, sint ne talia, dubitatur. Atque omnium fere consensu decretum est, ut in eos qui tale quid in posterum tentaverint, poena R. P. nostri iudicio statuatur. *Decret. 12. Congreg. VI. Vol. I. págs. 569.*

(6) (Pág. 30.) *Institut. Vol. I págs. 569.*

(7) (Pág. 30.) *Ibid. Decret. 11.*

(8) (Pág. 31.) *Bulla, Debitum Pastoralis Officii. Vol. I. págs. 156.*

(9) (Pág. 31.) *Primera parte*, pág. 12. y 13. de la edición en-42.

(10) (Pág. 31.) *Decret.* 48. *Congreg.* V. *Vol.* I. pág. 555. et *Decret.* 15. *Congreg.* VII. *Vol.* I. pág. 591. et *Decret.* 56. *Congreg.* VIII. *Vol.* I. pág. 623. et *Canon* 13. *Congreg.* V. *Vol.* I. pág. 716.

(11) (Pág. 31.) *Decret.* 61. *Congreg.* II. *Vol.* I. pág. 499.—*Decret.* 21. *Congreg.* V. *Vol.* I. pág. 548.—*Decret.* 41. *Congreg.* V. *Vol.* I. pág. 552.—*Decret.* 47. *Congreg.* V. *Vol.* I. pág. 555. et *Decret.* 79. *Congreg.* V. *Vol.* I. pág. 565. et *Decret.* 26. *Congreg.* XVI. *Vol.* I. pág. 683.—*Decret.* 22. *Congreg.* XI. *Vol.* I. pág. 642. et *Canon* 4. *Congreg.* XI. *Vol.* I. pág. 730. et *Decret.* 5. *Congreg.* XIV. *Vol.* I. pág. 670. et *Decret.* 28. *Congreg.* XII. *Vol.* I. pág. 655.

(12) (Pág. 49.) Si senserit, ac judicaverit sibi valde convenire Societatis ingressum ad maiorem laudem et gloriam DEI, et ut melius salutis et perfectioni, tum animae suae, tum proximorum suorum incumbat; et postulaverit in eandem admitti, tunc ulterius in examine procedi poterit. *Exam. gen.* c. 3. §. 45.—An statuerit omnino apud se.... Societatem ingredi, ad maiorem DEI gloriam. *Ibid. c. 7. §. 5.*—*Ibid. c. 8. §. 2.*—*Ibid. c. 6. §. 3., 7., 8.*

(13) (Pág. 49.) Necessarium esse arbitramur Constitutiones conscribi, quae juvent ad melius in via incepta Divini obsequii procedendum, etc. *Prooemium Constitutionum*, §. 1.—Bonum regimen, et conservatio in situ bono statu, ad maiorem DEI gloriam in primis quaeritur. *Ibid. §. 2.*—Cum Constitutionum hic finis sit, ut universum corpus Societatis et particularia ejus membra ad sui conservationem et incrementum, ad gloriam DEI et universalis Ecclesiae bonum juventur. *Prooemium in Declarationes.*

(14) (Pág. 50.) Diligenter considerari oportet, ne quis admittatur, nisi qui donis illis DEI praeditus sit, quae hoc Institutum ad ipsius gloriam exigit. *Const. 1. pars, decl. in cap. 4. §. 4.*—*Exam. gen. c. 6. §. 8.* pág. 554.—*Const. 3. pars, cap. 1. §. 1., 2.* pág. 370.—Ut nimia sollicitudo in iis quae ad corpus pertinent, reprehensibilis est, ita cura moderata tuendae ad *Divinum obsequium* valetudinis ac virium corporis, laude digna et ab omnibus adhibenda est. *3. pars, cap. 2. §. 1.* *Ibid. §. 3.* *Ibid. §. 7.—4. pars, Prooemium,* pág. 378.

(15) (Pág. 50.) *Constitut. pars 1. cap. 2. §. 2.* pág. 359.—*Pars 4. cap. 4. §. 2.* pág. 385.

(16) (Pág. 50.) *Reg. Professorum*, §. 1. *Vol.* II. pág. 181. et *reg. Professorum classium inferiorum*, §. 1. pág. 203. et *Constitut. pars 4. cap. 12. §. 3.*—*Constitut. pars 4. cap. 13. §. 4.*

(17) (Pág. 50.) *Constitutionum*, pars 9. §. 1. pág. 456.—*Pars 4. cap. 6. §. 2.* pág. 386. et *pars 6. cap. 1. §. 1.* pág. 407.

(18) (Pág. 50.) *Constitutionum 1. pars, cap. 1. §. 3. et cap. 2. §. 2. §. 15. et cap. 4. §. 7. et pars 2. cap. 2. §. 2. et cap. 3. §. 4. §. 10. et cap. 4. §. 8. et 3. pars, cap. 1. §. 5. §. 9. §. 15. et cap. 2. §. 5. et 4. pars, cap. 1. §. 6. et cap. 3. §. 3. et cap. 4. §. 1. §. 6. et cap. 5. §. 4. et cap. 6. §. 11. §. 17. et cap. 7. §. 3. cap. 8. §. 4. et cap. 9. §. 2. et cap. 10. §. 4. et cap. 11. §. 1. et cap. 12. §. 3. et cap. 13. §. 4. et cap. 14. §. 5. et cap. 16. §. 5. et cap. 17. §. 8. et pars 5. cap. 2. §. 2. et cap. 4. §. 5. et pars 6. cap. 2. §. 12. et cap. 5. §. 4. et cap. 4. §. 1. et cap. 5. §. 1. et 7. pars, cap. 1. §. 1. et cap. 2. §. 1. et cap. 3. §. 1. et cap. 4. §. 1. et 8. pars, cap. 1. §. 1. et cap. 3. §. 2. et cap. 5. §. 4. et cap. 6. §. 8. et cap. 7. §. 1. et 9. pars, cap. 1. §. 1. et cap. 2. §. 8. et cap. 3. §. 8. et cap. 4. §. 1. et cap. 5. §. 2. et cap. 6. §. 1. et 10. pars, cap. 1. §. 6.*

Unicus scopus (major DEI gloria et obsequium et bonum universale) in omnibus rebus nobis est. *Constitut. pars. 4. cap. 17. §. 8.* pág. 401.

(19) (Pág. 55.) Diligent omnes paupertatem, ut matrem. *Constitut. pars 5. cap. 1. §. 25.* pág. 374.—Paupertas velut propugnaculum est religionibus. *Constitut. pars 10. §. 5.* pág. 446.—Paupertas ut murus religionis firmus, diligenda et in sua puritate conservanda. *Constitut. pars 6. cap. 2. §. 1.* pág. 409.—Ut experiri incipient sanctae paupertatis virtutem, doceantur omnes, quod nulla re tanquam propria uti debeant probrationis tempore. *Constitut. pars 3. cap. 1. §. 7.* pág. 371.

(20) (Pág. 55.) Quicumque in ea professionem emiserint, se ad innovationem Constitutionum, in iis quae ad paupertatem pertinent, nihil facturos promittant: nisi aliquo modo pro rerum occurrentium ratione, eam in Domino magis restringendam judicarent. *Constitut. pars 6. cap. 2. §. 1.* pág. 409.

(21) (Pág. 56.) In Domibus vel Ecclesiis quae à Societate ad auxilium animarum admittentur, redditus nulli, ne sacrificiae quidem aut fabricae applicati, haberri possint. *Constitut. pars 6. cap. 2. §. 2.* pág. 409.—Omnes, qui sub obedientia sunt Societatis, meminerint se gratis dare debere quae gratis acceperunt, nec postulando, nec admittendo stipendum vel eleemosynas ulla quibus Missae, vel confessiones, vel lectures, vel visitationes, vel quodvis aliud officium ex iis quae Societas juxta nostrum Institutum exercere potest, compensari videatur. *Const. pars 6. cap. 2. §. 7.* pág. 409.—Nulla sit in Ecclesia arca in quam eleemosyna ab iis qui ad conciones, Missas, vel confessiones convenient, conjici solent. *Ibid. §. 8.*

(22) (Pág. 56.) In vestitus itidem ratione tria observentur: Primum, ut honestus ille sit; alterum, ut ad usum loci in quo vivitur accommodatus; tertium, ut professioni paupertatis non repugnet. *Ibid. cap. 2. §. 15.* pág. 410.—In iis quae ad rationem victus ac usus reliquarum rerum vitae necessarium...

spectant... habenda semper ratio humilitatis, paupertatis, ac spiritualis aedificationis. *Ibid.* §. 16.

(23) (Pág. 56.) Parati sint ad mendicandum ostiatim. *Ibid.* §. 10.—Quando Summus Pontifex vel Superior... ad laborandum in vineam Domini mittet, nullum viaticum petere possint, sed se liberaliter repreäsentent, ut mittantur prout illis ad majorem DEI gloriam fore videbitur. *Ibid.* §. 13.

(24) (Pág. 59.) Quae ad votum castitatis pertinent, interpretatione non indigent cum constet quam sit perfecte observanda, nempe emitto angelicam puritatem imitari, et corporis, et mentis nostrae munditia. *Const. pars 6. cap. 1. §. 1.* pág. 407.

(25) (Pág. 59.) Omnes diligentissime carent portas sensuum suorum, (oculorum præcipue, aurium et linguae) ab omni inordinatione custodire. *Const. pars 3. cap. 1. §. 4.* pág. 371.

(26) (Pág. 59.) In circumspectione et aedificatione verborum, et modestia vultus, ac maturitate incessus, motuumque omnium, etc. *Ibid.* Ut ea, quae Religiosos deceat, gravitas et modestia retineatur, nemo alium etiam joco tangat, praeterquam in signum caritatis amplexando, cum quis aut abit aut redit peregre. *Reg. commun. reg. 34. Vol. II. pág. 77.*

(27) (Pág. 59.) Omnes... habeant in quo occupentur, ne otium malorum omnium origo, Domi nostrae locum habeat. *Const. pars 3. cap. 1. §. 6.* pág. 371.

(28) (Pág. 59.) Egressi Domino non debent, nisi cum quo socio Superiori visum fuerit. *Ibid. §. 3.*

(29) (Pág. 59.) Quando quis à Superiori mittetur ad confessiones foeminarum audiendas, vel alia de causa eas adierit, socius, quandiu cum foemini sacerdos loquetur, eo in loco erit, unde videre eos, sed non quae secreta esse oportet, audire possit, quantum loci dispositio patietur; quod si non pateretur, curet omnino sacerdos, ne ostium sit clausum, nec locus obscurus. *Reg. Sacerdot. reg. 48. Vol. II. pág. 159.*

(30) (Pág. 59.) Schedulae et munuscula clanculum data vel accepta diligentissime caveantur. *Instruct. cap. 5. Vol. II. pág. 299.*

(31) (Pág. 60.) Foemuarum visitationes, et prolixa colloquia fortiter circunciduntur, praesertim ubi levitas aliqua jocique cernerentur. *Ibid.*

(32) (Pág. 60.) Amputent occasiones, etc. *Inst. Vol II. pág. 298.* In periculis objiciantur. *Ibid. pág. 299.* Non sint Domi... libri lascivi aut vani. *Ibid. pág. 94. et 100.* Ab impuris scriptoribus et omnino in quibus sit aliquid quod bonis moribus nocere queat... abstineant. *Ibid. §. 8. pág. 205.* Dent operam (Superiores) ut pestiferas quasdam et nimis laxas opiniones penitus evellant, hoc illudye non esse mortale, magni momenti non esse, etc. *Ibid. pág. 299.*

(33) (Pág. 60.) *Inst. Vol. II. pág. 298.*

(34) (Pág. 60.) Magna esse ad hunc finem in Societate præsidia, ut Sacramentorum frequentationem, rationem conscientiae, errorum ac defectuum, per eos, qui extra confessionem illos acceperint, manifestationem; assiduum socii præsentiam, orationem mentalem, duplex examen, frequentem librorum spiritualium lectionem, otii fugam, studiorum laborem, sobrietatem et poenitentias, modestiae exemplum, Superiorum vigiliam, etc. *Inst. Vol. II. pág. 298.*—Si quid usquam accidet, quamvis id leve sit, quod minus rectum videatur, non praetermittant officium Superiores, ut commonefiant, corrigant, et remedium statim adinoveant, etc. *Ibid. pág. 299.* Ut perpetuo totius hujus corporis bonus status conservetur.... si qui depravatis moribus essent, multo minus retinendi. *Const. pars 10. §. 7. Vol. I. pág. 446.*

(35) (Pág. 66.) *Const. pars 6. cap. 1. §. 1. Vol. I. pág. 407.*—Omnibus in rebus ad quas potest cum caritate se obedientia extender. *Ibid.*—In omnibus quae à Superiori disponuntur, ubi definiri non possit aliquid peccati genus intercedere. *Ibid. pág. 408.* Ubi peccatum non cerneretur. *Const. pars 3. cap. 1. §. 23. Vol. I. pág. 373.*—Ubi DEO contraria nou præcipit homo. *Epist. S. Ignatii de obedientia.*—*Const. pars 6. §. 1. cap. 1. Vol. I. pág. 407.*

(36) (Pág. 68.) Nec tamen idecirco vetamini, si quid forte vobis occurrat à Superioris sententia diversum, idque vobis (consulto suppliciter Domino) expondendum videatur quominus id ad Superiorum referri possitis. *Epist. S. Ignat. de virtut. obedient., §. 19. Vol. I. pág. 165.* Lo mismo ha encargado el General Aquaviva, d quien injustamente se ha acusado de Dés-pota d los Superiores, en la Instrucción qué les dirige. Superiores suavi, ac paterna imperandi ratione utentes, liberum et legitimum ad orationem recurrendi tempus (præsum quam repre-sentant) subditis concedant. *Instr. 4. Vol. II. pág. 296.*

(37) (Pág. 73.) *Epist. S. Ignat. de virtut. obedient. Vol. II. pág. 162.*

(38) (Pág. 85.) Studium sit quaerere in Domino majorem sui abnegationem, et continuam in rebus omnibus, quoad poterit, mortificationem. *Exam. cap. 4. §. 46. Vol. I. pág. 352.*—Ad hoc conserat se exercere ad profectum in humilitate et abnegatione universi amoris sensualis. *Const. pars 5. cap. 2. §. 1. Vol. I. pág. 403.*—In refectione corporis curandum est, ut temperantia, modestia et decentia interius et exterius in omnibus observetur. *Const. pars 3. cap. 1. §. 5. Vol. I. pág. 371. et Const. pars 3. cap. 2. §. 4. Vol. I. pág. 377.*—Omnes, quandiu corpore bene valent, in spiritualibus, vel exterioribus rebus habeant, in quo occupentur.... ne otium malorum omnium origo, quoad ejus fieri possit, Domi nostrae locum habeat. *Const. pars 3. cap. 1. §. 6. Vol. I. pág. 371.*

(39) (Pág. 85.) Qui aegrotat humilitatem et patientiam

suam praeserendo, non minorem aedificationem, dum in labore laborat, iis qui ipsum invisent et cum eo versabuntur et agent, quam dum valebat corpore, ad majorem DEI gloriam, praestare curet, verbis piis utendo, quae ostendat aegritudinem acceptari, ut donum de manu Creatoris ac Domini nostri; quandoquidem non minus donum est, quam sanitas. *Summ. Const.* §. 50. *Vol. II.* pág. 75. *Véase también el primer capítulo de la tercera parte* §. 17. *Vol. I.* pág. 372.

(40) (Pág. 86.) Corporis castigatio immoderata esse non debet, nec indiscreta in vigiliis et abstinentiis, et aliis poenitentiis externis ac laboribus. *Const. pars 3. cap. 2. §. 5. Vol. I.* pág. 377.—Ideo suo confessario detegi ab unoquoque convenient, quidquid in hac parte faciat. *Ibid.*—Quae et nocumentum afferre, et majora bona impeditre solent. *Ibid.*—Conferet etiam rationem habere valetudinis. *Const. pars 10. §. 13. Vol. I.* pág. 447.—Nec in corporali exercitatione jejuniorum, vigiliarum, aut aliarum rerum ad austерitatem vel corporis castigationem spectantium, illa regula eis praescribenda, nisi quam discreta caritas unicuique dictaverit: dum tamen semper confessarius consulatur. Hoc tamen dicetur in universum, esse quidem animadverendum, ne nimius hujusmodi rerum usus tantopere vires corporis debilitet, tamquam temporis eos distinet, ut deinde spirituali proximorum auxilio, juxta nostri Instituti rationem, non sufficiant: nec contra tanta sit in illis relaxatio, ut fervore spiritus refrigercente, humani atque inferiores affectus incalescant. *Const. pars 6. cap. 3. §. 1. Vol. I.* pág. 412.

(41) (Pág. 89.) Consilii vero hujusmodi ita me paritum semper esse promitto, si ea meliora esse quam quae mihi in mentem vellerint, judicabo. Omnia intelligendo juxta Societatis JESU Constitutiones et Declarationes. *Instit. Vol. II.* pág. 167.

(42) (Pág. 91.) Promittat etiam DEO, quod si quando dicto modo compulsus, Praelectionem aliquam extra Societatem admittet, audiet postea quovis tempore Praepositi Generalis qui pro tempore fuerit, consilium; vel aliqui quem ille sibi ad hoc substitueret; quodque si senserit melius esse quod consultur, sit illud exsecuturus; non quod habeat, qui Praelatus est, aliquem de Societate Superioris loco, sed quod sponte in DEI conspectu vult ad id faciendum obligari, quod ad Divinum obsequium melius esse intellexerit, quodque placeat esse aliquem, qui sibi cum caritate et libertate Christiana ad gloriam DEI et Domini nostri id proponat. *Const. pars 10. §. 6. Vol. I.* pág. 446.

(43) (Pág. 91.) Pro cura quam de animae meae salute, et recta muneris mihi impositi administratione gerere debeo. *Institut. Vol. II.* pág. 167.

(44) (Pág. 97.) Nec intellexit Societas particularem aliquem locum; sed ut per orbem in diversas regiones et loca spargeretur; cum optaret, quod factu optimum esset, eligere; idque speraret futurum, si hanc ipsius distributionem Summus Pontifex faceret. *Const. pars 7. cap. 1. §. 1. Vol. I.* pág. 415.

(45) (Pág. 99.) *Epistol. S. Ignati de virtute obedientiae. Vol. II.* pág. 162.

(46) (Pág. 99.) Ratione habita Regum, Principum, ac aliorum Potentatum, ne eis causa ulla offendit. *Const. pars 3. cap. 1. §. 9. Vol. I.* pág. 371.—311.

(47) (Pág. 99.) Commendare debent quae ad cultum Divinum pertinent, eamque obedientiam quae Principibus et Praelatis, qui DEI in terris vices gerunt, exhibenda est. §. 10. *Vol. II.* pág. 440.

(48) (Pág. 99.) Providebunt (*Revisores generales*).... ne quid contineant (*libri*) quod vel ad jura Principum, immunitates, jurisdictionem et privilegia, vel materiam Status, ut vocant, pertineat; vel alia quavis ratione Nationum, Provinciarumque res aut personas sic attingat, ut justa sequi possit offendit. §. 7. *Vol. II.* pág. 62.

(49) (Pág. 100.) Edicta vero regia hac in re (*mutatione personarum Societatis ab uno in alium locum ejusdem Provinciae, sive diversae*) servanda esse (*monet Congregatio*) et alioqui Principum habendam esse rationem, ne offendantur; et si id timeretur, eorum consensum et satisfactionem esse ad mutationes ejusmodi procurandam. *Decret. 12. Congr. II. Vol. I.* pág. 490.

(50) (Pág. 102.) Prae oculis habendo majus Divinum obsequium et universale bonum, ut regulam, ad quam exigi Missiones oportet. *Const. pars 7. cap. 2. D. Vol. I.* pág. 418.—Eligenda videtur, in tam ampla Christi Domini nostri vicina... ejus pars illa quae magis indiget. *Ibid.*—Considerandum est etiam unde verisimile sit fructum ubiorem... proyenturum; inde scilicet, ubi ostium apertius, et major dispositio, et facilitas in hominibus, ut juvari possent, videretur. *Ibid.*—Quia bonum, quo universalius, eo divinus est, ille homines, et loca, quae cum profecerint, in causa erunt, ut bonus ad multos alias, qui eorum auctoritatem sequuntur, vel per eos reguntur perveriat, debent praeferriri. Sic spirituale auxilium quod hominibus magnis et publicis.... quodque viris doctrina et auctoritate eminentioribus conferunt, majoris momenti esse propter rationem eamdem boni universalioris existimandum est; propter quam etiam, auxilium impensum magnis gentibus... vel populi Primariis... qui si juventur, ipsi operari esse ad alios juvandos poterunt, debeat praeferriri. *Ibid.*—In rebus quae corporis labores maiores exigunt, qui robustiores et saniores (*mittendi*); ubi pericula spiritualia plura sunt, qui in virtute magis probati et securiores. *Const. pars 7. cap. 2. F. Vol. I.*

pág. 419.—Ingeniosis et subtilibus ac litteratis iū magis quadrant, qui in ingenio itidem et litteris peculiare donum habent. Hi enim in lectionibus et colloquiis magis juvare poterunt. *Ibid.*—Ubi intelligeretur inimicus Christi Domini nostri seminasse zizania; ac praecipue effecisse ut male sentiant vel male affecti sint in Societatem, quo impeditur fructus, qui ex ea posset provenire; tunc impensius esset incumbendum... eoque mittendi essent homines qui vitae exemplo et doctrina, conceptam ex falsis narrationibus malam opinionem removerent. *Ibid.* D. *Vol. I.* pág. 418.—Cum fieri posset, conveniret unum solum non mitti; sed saltem duos: tum ut mutuo ipsi in rebus spiritualibus et corporalibus juventur, tum ut possint esse magis utiles iis ad quos missi sunt, labores inter se dividendo. *Ibid.* F. pág. 419.—Alicui valde ferventi et animoso, alias magis circumspectus et cautus bene adjungeretur. *Ibid.*—In primis cum possint, qui de Societate sunt operam suam collocare ubi bona spiritualia quaeruntur, et etiam ubi corporalia, etc. *Ibid.* E. pág. 418.—Caveant omnino, ne, ut ad fletum excitent, spectanda aliqua populo proponant à communi in Societate concionandi consuetudine aliena. *Reg. 16. Conc. Vol. II.* pág. 140.—Juxta eam caritatis regulam, qua se Apostolus omnia omnibus faciebat ut omnes lucifaceret, expediet nonnumquam, ut ingenio eorum, cum quibus agent, initio se attemperent, quatenus ratio et virtus ferent. *Vol. II.* pág. 142.—Omnia quae speciem habent saecularis negotiationis intelligantur prohibita esse nostris. *Cong. II. Decr. 61. Vol. I.* pág. 499.—Quanquam humana media non solum spernenda non sunt, sed etiam cum opus est prudenter et religiose adhibenda; divinis tamen, et nostri Instituti magis propriis praecipue utendum est, in eisque magis fidendum, orandumque DEUS ut iis omnibus det eam efficaciam quae sit proposito fini consequendo necessaria. *Reg. Miss. 14. Vol. II.* pág. 142.

(51) (Pág. 402.) *Decret. 47. Congreg. V.* pág. 555. et *Decret. 79. ejusd. Congreg.* pág. 565. et *Decret. 26. Congreg. XVI.* pág. 685. etc. *Véase el Capit. XV. y la Nota 65.*

(52) (Pág. 102.) *Véase la Nota 47.*

(53) (Pág. 103.) Caveant omnino, ne, ut ad fletum excitent, spectanda aliqua populo proponant à communi in Societate concionandi consuetudine aliena. *Reg. Conc. Vol. II.* pág. 140.

(54) (Pág. 103.) Quatenus ratio et virtus ferent. *Ibid.* pág. 142.

(55) (Pág. 103.) *Véase la Nota 50.*

(56) (Pág. 118.) Et primo quidem conferet bonum exemplum totius honestatis ac virtutis Christianae, ut non minus bonis operibus, imo magis, quam verbis, eis aedificationi esse, quibus cum agitur, current. *Const. pars 7. cap. 4. cui titulus Quibus in rebus Domus et Collegia Societatis proximum adju-*

*vent. §. 2. Vol. I.* pág. 421.—Habenda... semper erit ratio... spiritualis aedificationis, quae semper nobis in Domino ob oculos versari debet. *Const. pars 6. cap. 2. §. 16. Vol. I.* pág. 410. Bonus odor, qui veritati bonorum operum innitat, hominum devotionem augebit. *Const. pars 10. cap. unic.* §. 12. *Vol. I.* pág. 447.

(57) (Pág. 119.) Juvatur etiam proximus sanctis desideriis, et orationibus in DEI conspectu pro universa Ecclesia, ac pro iis praesertim qui majoris sunt momenti ad ejus universale bonum (cujusmodi sunt Principes Ecclesiastici et saeculares. *Declar. in cap. 4. A.*) effusis; ac pro amicis etiam, et bene de nobis meritis, et viventibus, et vita functis, sive postulent ipsi, sive non postulent. *Const. pars 7. cap. 4. §. 3. Vol. I.* pág. 421. Missarum etiam Sacrificiū juvare possunt et aliis divinis officiis, nulla pro eis eleemosyna accepta. *Ibid. §. 4.*

(58) (Pág. 119.) Omnes Sacerdotes curent, juxta Constitutiones, frequenter orare pro universa Ecclesia. *Catalogus Missarum et Orationum.* §. 17. *Vol. II.* pág. 137. Pro amicis, et benefactoribus, viventibus et vita functis. *Ibid.*—Pro iis praesertim qui majoris sunt momenti ad ejus (Ecclesiae) universale bonum, cujusmodi sunt Principes. *Ibid.*—Etiam pro male affectis erga nostram Societatem. *Ibid.*

(59) (Pág. 121.) Corporalibus etiam pietatis operibus, quantum spiritualia, quae majoris sunt momenti, permittent; quantumque vires patientur, incubent, ut in infirmis juvandis praecipue in Xenodochiis, eos invisendo, et aliquos qui eos inseruant, mittendo; et dissidentes ad concordiam revocando; sic etiam pauperes, ac in custodiis publicis detentos, quoad ejus fieri poterit, per se sublevando, et ut alii sublevent, curando. *Const. pars 7. cap. 4. §. 9. Vol. I.* pág. 422.

(60) (Pág. 122.) Qui talento praeditus ad scribendos libros communis bono utiles, eos conscriberet... si ad aedificationem fore videbuntur... in publicum prodeant. *Const. pars 7. cap. 4. §. 11. Vol. I.* pág. 422.

(61) (Pág. 124.) Poterit juvari etiam proximus Sacramentorum administratione, praecipue in audiendis confessionibus. *Ibid. §. 5.*

(62) (Pág. 125.) Det operam (*Provincialis*) ut Confessarii maturi sint aetate, quantum fieri potest, ac multo magis spiritu et moribus, praesertim qui ad confessiones mulierum audiendasmittuntur. *Reg. Provinc. 100. Vol. II.* pag. 86.

(63) (Pág. 125.) Si quem contigerit... ad Sacerdotium promoveri adhuc immaturum Tribunal Poenitentiae, is ad audiendas confessiones non exponatur, nisi expleto tempore ordinario in Schola, et studiis Theologicis, ac dein examinatus et probatus. *Decret. 16. Cong. XIII. nūm. 3. Vol. I.* pág. 666. Curabit P. Generalis ut qui sunt ē nostris concionaturi publice, qui etiam confessiones audituri, hi sint ad ea munera \*

obeunda sufficienter instructi. *Decret.* 62. *Congr.* II. *Vol.* I. pág. 499. *Véase tambien la 4. parte de las Constituciones, cap. 8. D. Tomo 1.<sup>o</sup> pág. 319, y la 3. Instrucción §. 4. Tomo 2.<sup>o</sup> pág. 308, y la Regla décima de los Sacerdotes. Tomo 2.<sup>o</sup> pág. 138. Omnes ii quibus ex obedientia confessiones audiendi sanctum munus committitur, multum ad id affici studeant, et tanquam nostri Instituti valde proprium magni faciant.... vocati ad Ecclesiam ad confessiones audiendas, statim cum animi alacritate eo se conferant, et quo major Poenitentium multitudo futura est, eo magis tempestive ab aliis occupationibus se expediant. *Reg. Sacerd.* 8. et 13. *Vol.* II. pág. 138.—Praecipue vero in vigilandum, ne sint (*Confessarii*) minus affecti, minusque prompti erga homines pauperes aut vulgares: quod si hos refugere deprehenderint Praefectus Ecclesiae, vel aeditui, omnino Superiori significandum erit, ut confessarium offici serio monere possit. *Instr. pro Confess.* §. 11. *Vol.* II. pág. 310.—Ne numero potius Poenitentium, quam fructu eorum spirituali gaudent. *Ibid.* pág. 12.—Si quis uni confiteri solitus, ab eodem alium Confessarium adeundi facultatem petierit, vel ea non petita adierit; id sibi gratum esse Confessarius benigne ostendet. *Reg. Sacerd.* 20. *Vol.* II. pág. 139. et *Instr. pro Confess.* §. 9. *Vol.* II. pág. 351.—Particularē personarum, praesertim foeminarum curam nemo suscipiat, et quamvis Confessarius pro suo munere in vita spirituali poenitentem instituat, nullius tamen obedientiam admittat. *Reg. Sacerd.* 19. *Vol.* II. pág. 139. et *Instr. pro Confess.* §. 9. *Vol.* II. pág. 131.—Eos qui crebrius confidentur, maxime foeminas, breviter expediant, nec de rebus ad confessionem non pertinentibus in confessione loquuntur. *Reg. Sacerd.* 17. *Vol.* II. pág. 139. In audiendis confessionibus, foeminarum praesertim, severos potius se, quam familiares exhibeant. *Ibid.* 16.—Confessarii ita audiant poenitentes, ut mutuum aspectum fugiant.... Mulierum vero confessiones non audiantur, nisi ad crates etiamsi sint puerulæ. *Ibid.* 15.—Nullus eis, quorum audit confessiones, certum vestimenti genus, hunc, aut illuc habitum, vel colorem prescribat; tamen omnes ad honestum, et suo statu convenientem vestitum hortari possint. *Ibid.* 25.—Etsi yota ad perfectionis statum pertinentia, ut sancta laudari debent.... quia tamen non humanam, sed divinam vocationem exquirunt, nemo ad ea emitenda quempiam inducat; velut ad orationem tales hortetur, ut à DEO adjuti vocationem melius intelligent, et exsequantur. *Ibid.* 23. (64) (Pág. 126.) Si quos viderint ad Religionem propensos, non facili ad unam potius, quam ad aliam, ad hoc, quam ad illud Monasterium inyitent; sed liberam illis electionem suam relinquat. *Ibid.* 24.—Nec ea (*notitia habita per confessionem*) utantur ullo modo, nisi forte de poenitentis licentia,*

sed ita prorsus in omnibus casibus nostri se gerant Confessarii, ac si in confessione nihil penitus audivissent. *Instr. Vol.* II. pág. 312.—Qui vocantur ad juvandos eos, qui morti vicini sunt, ea in promptu habeant, quae eo tempore in quo tantum est momenti, usus esse possint, tandemque illis adsint, quandiu sola necessitas postulabit. Caeterum etsi, cum opus est, ad condenda testamenta hortari conveniat; iis tamen conficiendis non assistant. *Reg. Sacerd.* 28. *Vol.* II. pág. 139.

Nemini aut petere, aut accipere quidquam liceat, sive ab iis quorum confessiones audiverit, sive ab aliis, quod vel in pauperes distribuat, vel alteri satisfactionis nomine restituat. *Ibid.* 22. et *Const. pars 6. cap. 2. §. 7. Vol.* I. pág. 409.

(65) (Pág. 127.) Ut plenius possit Societas rebus spiritualibus juxta suum Institutum vacare: quoad ejus fieri poterit, à negotiis saecularibus abstineat (cualia sunt testamentariorum, vel executorum, vel procuratorum rerum civilium, aut id genus officia); nec ea ullis precibus adducti obeunda suscipiant, vel in illis se occupari sinant. *Summ. Const.* §. 45. *Vol.* II. pág. 74.—Nemo cujusquam negotii, etiam pū, sine facultate Superioris curam suscipiat, nec ad id operam suam promittat, aut se propensum ostendat: saecularia vero negotia, ut quae sunt à nostro Instituto aliena, et vehementer à spiritualibus avocant, multo magis aversari convenit. *Reg. Comm.* 41. *Vol.* II. pág. 77. Quoniam Societas nostra, quae ad fidei propagationem, et animarum lucra à Domino excitata, et sicut propria Instituti ministeria, quae spiritualia arma suut, cum Ecclesiae utilitate ac proximorum aedificatione sub Crucis vexillo finem feliciter consequi potest, quem intendit; ita et haec bona impediret, et se maximis periculis exponeret, si ea tractaret, quae saecularia sunt, et ad res politicas, et status gubernationem pertinent. Idcirco sapientissime à nostris majoribus statutum est, ut militantes DEO, aliis quae à nostra professione abhorrent, non implicemur. Cum autem his praesertim temporibus valde periculosis.... aliquorum fortasse culpa, vel ambitione, vel indiscreto zelo, Religio nostra male audiat; et alioquin bonus Christi odor necessarius sit ad fructificandum: censuit Congregatio ab omni specie mala abstinentiam esse, et querelis, quoad fieri poterit, etiam ex falsis suspicionibus provenientibus occurrendum. Quare praesenti Decreto graviter, et severe nostris omnibus interdicit, ne in hujusmodi publicis negotiis, etiam invitati, et electi, ulla ratione se immissent, nec ullis precibus aut suasionibus ab Instituto deflectant. *Decr.* 47 *Cong. V. Vol.* I. pág. 555. (Este Decreto ha sido determinadamente confirmado por Paulo V. en su Bula, Quantum Religio) — Illud etiam cavendum diligentissime, ne cum detimento spiritualis boni, et religiosae disciplinae, nostri sese in familiaritatem Principum insinuant, nec alii negotiis saecularibus, licet rerum particula-